16.

1500. in Martio v Aprili. Ex Orig: Arch: regni. 111.

Joannes Albertus Rex Poloniæ villam Czekczyn inscribit Georgio Tchworkowski pro Summa 300. Hungar. ~

8

Joannes Albertus Dei gratia Rex Poloniæ, supremus Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæquè etc Dominus et Hæres. Significamus tenore præsentium Universis et singulis, quibus expedit. Quia nos volentes bona ad castrum nostrum Czlochow antiquitus pertinentia contigua habere et indivisa Magnifico Nicolao de Koszczelecz Palatino Junioladislaviensi villam nostram suæ tenutæ Czekczyn nuncupatam in districtu Thucholiensi sittam, Nobili Georgio Thworkowski tenutarium Jassyenyecz in trecentis florenis Hungaricalibus, ut alia bona ad Castrum ipsum Czolochovien pertinentia eximeret, obligare consensimus, et admisimus, consentimusque et admittimus præsentibus, per ipsum Georgium Thworkowski, ejusquè successores legitimos, præfatam villam Czekczyn, cum omnibus et singulis censibus, proventibus, redditibus et obventionibus, quibuscunque vocitentur nominibus, alias juxta vim et continentiam literarum Capitalium desuper concessarum; Cum omnique jure dominio et proprietate tenendam, habendam, utifruendam, pacificeque et quiete possidendam, usque ad exemptionem

et

et præfatorum triæntorum solutio-
nem florenorum. Quibus solutis, extunc
præfata Villa, ad nos seu ipsum Nicola-
um de Koszelecz Palatinum præfatum
pleno jure redibit, et devolventur, juribus
nostris regalibus semper per omnia sal-
vis. In cujus rei testimonium nostrum
anulare signetum præsentibus est sub
appensum. Datum Cracoviæ, feria se-
cunda proxima post dominicam Remini-
scere. Anno Domini Millesimo quingente-
simo. Regni vero nostri Anno octavo.

Commissio propria Regiæ
majestatis

Ta Kopia przepisana z Oryginału pargaminowego, dnia 10. Czerwca. Ru 1784. Ktory zannihilowany y pieczęć oderwana.